tractanda. Ac tametsi nihil necessarii prætermissum temerè à nobis fuisse existimemus: multa tamen omisimus, etiam prælo parata, quæ vel diligentia legentis, vel viva docentis vox haud difficulter supplebit. Si qui interea usum disciplinæ, vel & laboris nostri haud satis perspiciunt: hi aliis, spero, eundem non invidebunt: ac suo quoque sensu per nos abundabunt. A quorum verò doctrinis nonnunquam recessimus, illi tamen modestiæ limites nullibi violatos fatebuntur. Suum etiam cuique tribuimus, ac nostram simul ingenuitatem, quæ præcipuum eruditionis ornamentum esse debebat, in aliorum, qui meliora nobis tradiderunt, laudibus ostendere; &, quod à quorundam sibi sapientium more alienum esse videmus, Scriptorum haud paucorum memoriam repetendo, pretium labori ipsorum statuere, conati sumus. Et quum ipsi quotidianum libellorum proventum doleamus, quorum præcipuus videtur usus esse, ut antiquiores melioresque studiosæ Juventutis manibus excutiant: nos ad hos Lectorem constanter manuduximus, multiplici dato specimine, non nova esse, sed à præstantissimis jam olim Viris tradita, quæ pro novis solent haberi. Demum, ne quid omnino dissimulemus, quum *Theologia Moralis*, nihil aliud, quam pars Doctrinæ Moralis de *Officio Christiani* sit, pari fere ordine, eademque methodo, qua *illa de Officio Hominis & Civis* tractanda: quædam simul stamina posuisse, vel primas veluti lineas ejus disciplinæ duxisse

xisse nobis videmur, quibus de
dere non adeo fuerit difficile,
& ubique agnitis fundamentis
rie, hacque amplitudine quæra
exactiorem Theologiæ Morali
quæ *in natura* deficiunt, e Gra
decipiunt aut nocent, profligar
cientia, emendare. Vere enim,
minis & Civis, de principiis
humanæ agitur: sic in disciplina
niore ejus principio, gratia: d
novo, externo internoque hom
de Conscientia denique, & illiu
neribus erit dispiciendum. Ueri
ex *triplici*, quod ajunt, *Objecto*
lum in *Theologia morali* rectiss
bonorum operum vita *pia, sob*
ad Titum capite metitur, simul
talium tum demum in his terris
ftum sequamur, ejusque præcep
ipsiusq; Domini Nostri exempl
tate obsecundemus. Deficientib
opticæ *de Jure Pœnarum* exem
Editionem juxta cum *Collegio P*
bliopola, quæ justæ simul comm
XIII. vicem potest sustinere
eo excepta fuit, ne